



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

92. An quando Parochus possit celebrare duas Missas, possit etiam hoc facere non solùm in diebus festiuis, sed etiam in ferialibus? Et notatur, quod quando dicitur posse bis celebrare, intelligitur ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

## 50. Tract. I. De Celebrat. Missarum,

Vasquez in 3. p. tom. 3. disp. 2. 3. cap. 5. n. 48. Pitigianus  
tom. 1. in 4. disp. 1. 3. q. 2. art. 3. Nugnus tom. 1. in 3. part.  
q. 8. 3. art. 2. Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 8. sect. 3. & alij.  
Vnde Sacerdotes considerent in aliis casibus quid  
facere debeant, & attendant consuetudinem loco-  
rum, & regionum, & celebrent de licentia Episcopi,  
vt obseruat Postleinius cap. 2. n. 7.

### RESOL. XCII.

An quando Parochus possit celebrare duas Missas, pos-  
sit etiam hoc facere non solum in diebus Festiis, sed  
etiam in diebus Feriatis?  
Et notatur, quod quando dicitur possit bis celebrare, in-  
telligitur etiam ter, aut septem, si toties occurrat ne-  
cessitas eodem die.  
Et aduertitur, quod in praeiustis casibus requiriatur, vt  
Sacerdos, vel Parochus ita celebrans si semper ie-  
minus, hoc est, quod in prima Missa non recipiat ablutionem, sed solum corpus, & sanguinem, & alter non  
poterit dicere secundam Missam.  
Sed quod est faciendum in Feria VI. Parochus, si in-  
aduertenter Parochus, qui in Feria V. Cene Domini  
debet ferre in una Parochia Sanctissimum Sacra-  
mentum, & reservari illud in duas Parochias?  
Et si accidat casus, quo antequerunt Sacerdos sumat ablutions,  
scilicet gentium multitudinem tunc ex itinere  
aduenisse, siqure die Festium, & non sit alius Sacer-  
dos, an possit iterum celebrare?  
Item, an sit licet, ubi est raritas Sacerdotum, & ma-  
gna frequentia populi, vt sit in India, eodem die plu-  
res Missas celebrare, quando Sacerdos non potest una  
celebratione satisfacere toti populo?

Item, an ad communicandum moribundum infirmum  
morti vicinum, & ubi est consuetudo, vt defunctus  
sive Sacrificio non sepeliantur, possit Sacerdos post  
primam Missam celebrare secundam? Ex part. 10.  
tract. 16. & Milc. 6. Ref. 2. 3. alias 22.

Supr. hoc in  
tom. 3. tr. 1.  
Ref. 54. 5. Sed  
ego, ante  
medium,

**9. 1.** **A**ffirmatiue responderet Suar. in 3. p. tom. 3.  
tom. 3. tr. 1.  
Ref. 54. 5. Sed  
ego, ante  
medium,

**A**dip. 8. sect. 3. § sextus autem casus. Sed ad-  
uersus illum infurgit Nugnus recte, vt obseruat Cardin. de Lugo resp. mort. lib. 1. dub. 14. dicens, hanc sen-  
tentiam esse omnino improbabilem, & non esse ve-  
ram dicit Marcus de los Huertos de Sacrificio Missa  
9. 13. & non adharet huic sententiae Trullench. de  
Sacram. lib. 3. c. 8. dub. 1. n. 4. vbi sic afferit: Dico tertio,  
quando Sacerdos habet duas, vel tres Parochias, po-  
test duas, vel tres Missas in die celebrare, ita communi-  
nis DD. hoc autem intellige, modo Parochus non  
possit commodè habere coadiutorem: In quo tamen  
standum erit consuetudini: vt bene Villalobos p. 1.  
tr. 8. diff. 2. n. 1. Intellige etiam id procedere in diebus  
festis, non verò in feriatis; vnde non placet, quod  
dicit Suarez, nimur, etiam id licet in diebus feri-  
atis, si populus sit sufficiens, nam tunc nec ex parte  
Sacerdotis, nec populi reperitur magna necessitas,  
quod requirit dictum cap. Consulisti, & suffici, ut al-  
ternatiue Missam in una Parochia vna die, & alteram  
in alia Parochia: admitterem tamen ego sententiam  
Suarez in aliquo di feriato, in quo populus abstinet  
se ab opere seruili in honorem alicuius Sancti, illiusque  
fessum celebrant, & ex alto capite occurrit necessi-  
tas celebrandi in altera Parochia. Ita Trullench. Sed  
ego puto absolutam, sententiam P. Suarez esse proba-  
bilissimam, & tutam in praxi, & illam sustinet Leandrus de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 5. q. 38. Card. de Lugo  
vbi sup. n. 2. qui citat etiam Ioan. de la Cruz Dominici-  
canum, & Gaspar. Hurtadum. Hanc etiam sententiam  
Suarez docet, nouissime P. Dicastillus de Sacramen-

tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 3. n. 39. Castrus Palau tom. 4.  
tr. 22. punct. 7. n. 9. & Amicus in Curr. 1. heol. 10. 7. disp.  
33. Scol. 11. n. 316. Et ut aduersus Nugnum, & alios  
hæc opinio remaneat satis probabilis, non gravibus  
hic apponere verba Martini de San. Ioseph. in Mag.  
Confess. 10. 1. lib. 1. tr. 13. de Euchar. n. 7. & 8. vbi sic ait:  
[Al Sacerdote le effa prohibito celebrar mas de una  
vez al dia, por Derecho Ecclesiastico, cap. Suffici, cap. Referente de  
Consecratione dicitur. cap. Consulisti, cap. Referente de  
Celeb. Missar. Saluo el dia de Naudid en que se impone  
pueden decir tres Missas, saluo tambien los casos de la  
necessidad, como lo dice Innocentio III. dicitur. cap. 10. Contra  
suffici, y contrauenit a este precepto, es pecado mortal, en que convienen los Doctores. El caso de necesi-  
dad, en que puede el Sacerdote celebrar mas de una  
Missa, es quando tiene dos Parrochos en diverso  
pueblos, que el uno por su pobreza no tiene Cora, podra decir dos Missas, para que cada pueblo pueda oir  
oir Missa las Fiestas, d. cap. Consulisti. Es cofitatio de  
cibida en la practica, y comunemente admitida de  
los Doctores, y tengo por probable la opinion de Sa-  
rez, que dice, que no solamente en las Fiestas, sino en  
otro qualquier dia podra decir Missa en ambos Iglesias,  
si en ambas ay suficiente numero de fieles, que  
quieran oir Missa cada dia, y puede fundar en el  
ini(mo capitulo Consulisti. Pero como adiuverte Vil-  
labobos tr. 8. de Miss. diff. 11. no ha de tener el Sa-  
cerdote lauatorio en la primera Missa, que si le to-  
masse, no seria licito decir a segunda, ni en el dia de  
Naudid.] Ita ille. Vnde Dicastillus, & alii prospic-  
vbi supr. putant, quod quando Parochus alterius op-  
pidi est agrotus, aut abbens, poterit secundo alii Sa-  
cerdos ibi celebrare, qui iam in sua Ecclesia celeb-  
uit. Aduerte, quod quædam dicimus possit bis celeb-  
ri, intelligimus etiam ter, aut septem, si toties necesse-  
tas occurrat eodem die, vt Suarins, & alii notant.  
Quidquid dicat Fagundez in primo praecipio Ecclesie, p.  
lib. 3. c. 17. & ante illum Henr. lib. 9. c. 9. n. 7. ut au-  
tu. cap. Consulisti, citato, in quo texto non est licet  
magis de duplicitate, quam de multiplici, ut legentur  
stat. Sed ad hoc, vt Sacerdos possit bis, aut ter cele-  
brare in casibus, in quibus id licet, iuxta superna dicta,  
requiri, quod sit icunus, ynde in priori Missa debet sumere ablutiones, aliter dicunt non poterit  
eundam. Ita DD. communiter. Norandum est de  
obiter cum Trullench. de Sacram. lib. 3. c. 8. dub. 1. 6.  
quod in hoc eas Sacerdotem duas Parochias habeat, &  
in Feria V. Cene Domini solum posse referre  
Sanctissimum Sacramentum in una Parochia, & in  
Feria VI. sequenti sumunt vna particula vno munit  
& cum iam non sit icunus, non poterit id facere in  
alia Parochia. Quod si inaduertenter in duabus Paro-  
chias Sanctissimum Sacramentum referant, scilicet  
Suar. sup. & bene, vt in priori Ecclesia sunt Sacerdos  
Eucharistiam sive vino, vt maneat icunus, & se po-  
terit in altera Parochia Sacerdos Eucharistiam ferre  
seruandis sumere. At si in priori sumptus particularis  
cum vino, in secunda non sumat Sacramentum, sed illud  
referret in Sacario. Hoc tamen intellige, cat quo  
commodè Missa extra Ecclesiam in altari portatili ce-  
lebrari non possit, aliter enim non posset prius ce-  
lebrari quia cessat necessitas, vt bene Leodinus, tom.  
1. c. 19. de Euchar. pos. 7. concl. & cum Villalobos, Se-  
supra. n. 8. Ad hunc calum reduci potest, si Sacerdos  
antequam sumat ablutiones, scilicet gentium multitudine, &  
nem tunc ex iritate aduersus: si quendam fessum, & hoc  
non alius Sacerdos, posse iterum celebrare, ut probat  
bilater doceat Villalobos, supra. n. 5. c. 1. Sacerdos de-  
citato. Sed hæc mihi non placet, & quod prius  
quia id non potest semper fieri, nescio, & inimi-  
ci cœli inclemens non permitat, vt quando plus

# Atque de SS. Euchar. Sacr. Ref. XCIII.

51

ningit, ventusque tantus est, ut vix possit locus aptus, decensque parari pro Sacro, in d. & pro populo, qui non videtur tunc iis inclematis exponendus, & co-  
gendus ad Sacrum audiendum. Alij verò eam necel-  
litatem insufficientem indicant; putant enim satis-  
fieri præcepto audiendi Missam, si Fideles assistant  
etiam extra templum, quamvis non videntes, nec au-  
dientes: quod latius probabile est; sapè tamen non  
permitter inclemens celi. Vide Dicastillum n.49.  
Secundum verò casum, Ego difficulter admittere  
qua nulla est necessitas; nam vel illa multitudine pe-  
regrantium inculpabiliter tarde venit, & tunc non  
peccavit; Si autem culpabiliter, non tollitur pecca-  
tum audiendo Missam, sed per penitentiam. Ita ex  
Lugo Dicastill. n.47, qui tamen non probabilem con-  
tra sententiam tenet. Et ideo Amicus in Curs.  
Theol. tom. 7. disp. 33. sect. 11. n. 318. hæc omnia sunt;  
primo licitum esse Sacerdoti secundam Missam cele-  
brare, præsertim in die Festa, si post primam super-  
uenient magna multitudo peregrinorum; qui Missam  
eo die non audiuerunt. Nam quod censetur debitum  
respectu Parochi ad satisfaciendū denotioni, & obli-  
gationi suorum Parochianorum, censetur saltem li-  
citem cuilibet Sacerdoti ad satisfaciendum obliga-  
tioni, & deuotioni populi. Secundò licitum esse, vbi  
est taritas Sacerdotum, & magna frequentia populi,  
vt est India, eadem die plures Missas celebrare, quan-  
do Sacerdos non poterit vna satisfacere toti populo:  
qua de causa Paulus III. peculiari Bulla edita anno  
1549, que incipit. Paulus Episcopus, concessit, vt pos-  
sim Presbyteri Societatis in locis Infidelium bis de-  
di Missam celebrare. Quod fecit tum ad scrupulos  
tollendos, vbi, & quando non esset tanta necessitas:  
ut ad hoc ipsum tutius practicandum. Tertiò licitu-  
m, etiam esse Sacerdoti ad communicandū infirmorum  
morti propinquum, secundam Missam celebrare. Ra-  
tio est, quia maxima illa utilitas, quam percepturus  
est infirmus ex hoc Sacramento in eo articulo mor-  
tis praevaleat videatur huic legi, de vna tantum in die  
Missa celebranda, præsertim cum Pontifices conce-  
dant, suadente necessitate, facultatem secundam Mis-  
sam celebrandi, quia autem negauerit in hoc casu sua-  
dere necessitatem. Et tandem Quartò, vbi viger con-  
suetudo, ut defunctus sine Sacrificio non sepeliantur,  
posse Sacerdotem post primam Missam celebrare se-  
condam pro defunctis: præsertim cum in hoc casu  
specialiter ius permittat Sacerdoti secundam Missam  
celebrare. Hæc omnia, ut dixi, Amicus vbi suprà.

## RESOL. XCIII.

Quomodo Sacerdos habens duas Parochias, & Ecclesiastis  
debet celebrare in Feria V. Hebdomade Sanctæ?  
Et an, quando Parochus duas Missas dicere tenetur, de-  
bet petere licentiam ab Episcopo?  
Et notatur posse simplicem Sacerdoti duas Missas in uno  
die celebrare, si ingens fidelium multitudo Mis-  
sam audire debet, & secus se exigua, vi. g. decem, aut vi-  
ginti, & non est alius Sacerdos, qui celebrare posset.  
Et an non tantum bis, sed ter, & quater Sacerdos posset  
eodem die celebrare, si causa subfit, qua binam cele-  
brationem honestauerit? Ex part. II. tr. 5. & Misc. 5.  
Resol. 33.

S. I. Suppono cum Eminentiss. D. meo Card. Lugo  
de Sacram. Eucharist. disp. 20. sect. 1. num. 47. &  
aliis communiter. Sacerdotem habentem duas paro-  
chiales Ecclesiastis, quibus solus ipse abfque coadiuto-  
re ministrat, & in vtraque est populus auditurus Mis-  
sam, posse bis celebrare. Sed difficultas est, quomodo  
debet celebrare in Parochie. Ad hoc dubium re-  
Tom. II.

spondet ex Sylvio, & Ioan. de la Cruz, P. Leander de ta post mé-  
diun, à vers. Notandum.

Notandum.  
est hic obi-  
ter.

Ecclesia, ne vel communicent non ieiuni in secunda,  
vel officium peragant in prima, sine usu calicis, &  
contra morem Ecclesiæ. Sic ille. Ioannes Präpositus  
in 3. part. D. Thomas ques. 83. art. 2. dub. 2. n. 130. sic  
ait: Quid facturus sit pastor habens duas parochias, si  
Feria V. maioris hebdomadae consecrari hostiam in  
monumento reponendar, an scilicet possit in die Par-  
ocheus in vtraque parochia communicare, & offici-  
um illius diei in vtraque parochia celebrare? ratio  
dubitandi est, quod Sacerdos immittat partem hostiæ  
in vinum non consecratum. Aliqui censuerunt id  
posse, etiam sumptu vino; verum id merito passim  
rejeciunt, quia neque ius, neque auctoritas ostendit  
licere, non seruato ieiuniu, eo die communicare.  
Itaque videtur dicendum primo, Pastorem debere  
substituire alterum pro alterutra parochia, si facile id  
possit.

2. Dicendum secundò, si non possit procurare  
alium, pridie in alterutro loco non consecrari ho-  
stiam teponendar in monumento, si parochia sine  
vicina.

3. Dicendum tertio, quod si parochia ita distet  
à se iuicem, vt populus vnius non possit ad Eccle-  
siam alterius conuenire, vel quacunque alia de causa  
id non possit commodi fieri, ita vt videatur in vtro-  
que loco debere celebrare Officium Parocheus, in  
priori non ponatur vinum & aqua in calice, vt so-  
lam Hostiæ partem sine ablutione sumere possit, &  
ieiunius possit celebrare in secundo loco: quod si  
vinum, vel ablutionem sumperit, non potest se-  
cundò celebrare, sed eo casu debet hostiam pridie  
consecratam, in secundo loco decenter in sacrificia  
reponere.

4. Dices, Sacerdos non potest celebrare, nisi ser-  
vatus ritibus Missalis, quos non potest seruare in pri-  
mo loco, si velit in secundo celebrare.

5. Respondetur, id quidem ostendere, quod se-  
cundo loco diximus, scilicet esse magis consultum, vt  
eo diu solum in uno loco officium celebraretur, non  
videri tamen concludere nullo in quantum eventu alter  
sieri posse.

6. Dico ergo, sacerdotem graui de causa posse cele-  
brare, etiā fortis ritus non ita graui seruari non pos-  
set, quod in nostro casu contingit, nam ritus mittendi  
vinum in calicem, & mittendi particulam hostiæ in  
vinum, non videtur ita graui, vt si seruari nequeat,  
frequens aliqua Parochia debeat carere officio illius  
diei, præsertim accedente consuetudine Episcopis &  
superioribus Ecclesiasticis satis perspecta. Hucvsque  
Præpositus. Vide etiam Suarez tom. 3. disp. 80. sect. 3.  
& Amicum in Curs. Theol. tom. 7. disp. 33. sect. 11. n. 317.  
Dico, itaque in tali casu Parochum non habere obli-  
gationem erigendi pro die Parocheus duplex sepul-  
chrum in vtrah; Ecclesia, sed poterit tantum in prin-  
cipaliori. Ratio est, quia cum debeat Sacerdos in die  
Parocheus particulam Hostiæ precedenti die confe-  
rare simul cum vino in Calice posito sumere, non  
posset iterum non ieiunius cōmunicare: nam vt idem  
Sacerdos possit secundam Missam celebrare, vel in  
prædicto casu iterum cōmunicare, supponi debet  
ieiunius, vt omnes docent ex cap. ex parte, de celebrat.  
Missar. vbi Pontifex prohibet secundam Missam Sa-  
cerdoti, qui post primā purificationem accepit. Quod  
si fortè Parochus hanc futuram difficultatem non  
prævidens, vtroque templo tumulum erexit; tunc  
vel in uno tantum sacramentum sumat, & cōfirma-  
tiōnem absolvat, & in altero Sacramentū in secreto ac-

E 2 decenti